

M0006131: First page of Leoniceno: Libellus de epidemia, (1497)

Publication/Creation

03 March 1939

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/ck7gmsav>

License and attribution

Wellcome Library; GB.

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

Nicolai Leonicensi uincentini in librum de epidemia, quā
itali morbum gallicum uocant, ad illustrem uirum Ioānem Frā
ciscum mirandulensem, Concordiæ comitem, præfatio.

h Abitā nuper Ferrariæ de morbo, quē gallicum uo-
cant, disputatōem, atque à me postmodum mādātā
litteris, cui magis quā tibi Ioānes Francisce mirādulē-
sis dedicauerim, qui cum supioribus diebus Ferrariæ
adesses, atque ante diem ad eandem disputationem constitu-
tum, tibi ex causis urgentibus esset discedendum, non parum
dolere mihi uisus es, q̄ eidem disputationi nō posses interesse,
neq; dissimulanter tulisti gratissimam rem me tibi facturum, si
quæ non potuisses præsens accipere, haberes absens ex meis lit-
teris, uel potius uolumine ad id dedicato legendi facultatem.
Et quoniam non te latebat magnæ cōtentionis disputationes
a medicis, atque philosophis pertractatas non ueritatis inuen-
tione, sed iurgiis, atque clamoribus plerunque terminari, illud
insuper a me expectare uidebaris, ut nō solum quæ nam inter
disputantes opinio tandem esset pro uera recepta tibi signi-
ficarem, sed mei quoque iudicii calculum inter ambigen-
tes sententias manifestarem. Quid plura? ego qui tibi propter
tua eximia in me beneficia omnia debeo, pollicitus sum factu-
rum me, quod optabas, arduum quidē opus, ac penē temera-
rium, nisi ipsum excusaret obsequium. Ecce igitur iam tibi fidē
promissam exoluo quanto tardius, quā tu forte cupiebas, tan-
to maiore cum fœnore. nō solum enim eam, quæ præcipue de
fēdebatur Ferrariæ opinionē, sed quascunque alibi plurimum
uigere intellexi, conatus sum pro mei ingenii imbecillitate cō-
futare, meāq; postremo loco, exemplis, rationibus, ac nobilissi-
morum medicorum auctoritatibus confirmare. Multa præterea
Auicēnæ dicta, quæ ad propositam contemplationem perti-
nebāt, duximus in controuerſiam. Quare qui hæc lecturi sunt
quæso boni cōsulant, neque me propterea impudentem, aut